

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPELIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





DEVS OPT. MAX. qui tam mirabili sapientiâ fundavit orbem, ut à magnitudine creaturæ Creator possit cognoscibiliter videri: se-ipsam igitur ignorat qui Plasmatoris sui existentiam non agnoscit, de quâ nullus potest dubitare, qui oculos cordis malitiâ suâ non vult excæcare: ea enim vox est in quam genus omne humanum consentit, ut Deum mundi auctorem fateatur. Hæc propositio (*Deusest*) per se quidem nota est secundum se, non autem quoad nos: quare eam à priori probare frustra laborabis, sed bene poteris à posteriori demonstrare. Vnus est Deus coram quo alium non esse habendum scriptura simul & ratio convincunt. Vltimam ejus differentiam non habes in asseitate aut independentiâ, eam melius constitues in intellectione actuali. Deus est actus purissimus, realis cujuslibet cõpositionis expertus, vnde est in summo simplicitatis gradu, quamquàm compositionem virtualē & rationis non excludat.

SVMMA Dei simplicitas non adversatur distinctioni reali personarum perfectionum in ordine ad sua correlativa; eadem verò comparatæ ad essentiam Divinam virtualiter tantum distinguntur, sicuti & cætera attributa. Primæ causæ perfectissima debetur natura, idcirco Deus cõtinet formaliter perfectiones omnes simplices, mixtas autem duntaxat eminenter. De Domino sentit in bonitate, qui bonum eum confitetur, ex cujus bonitatis participatione omnia sunt bona. Verè infinitus est qui totam possidet entis plenitudinem. Quò fugiet à facie Dei, qui cum alicubi esse negaverit: cælum enim implet & terram per præsentiam, quam non constituit, sed supponit operatio. Immensitas Dei non extenditur ad spatia imaginaria, quæ mentis ludibria rectè nominabis. Qui idem permanet, & cujus anni non deficiunt, æternus est, nullique mutationi obnoxius: est etiam liberrimus qui omnia quæcumque voluit fecit.

VISIONIS Dei possibilitatem, quam nec astruit nec destruit ratio naturalis, sola fides edocet: ad eam nullus datur naturalis appetitus. Oculi corporei vires nimium extendis, si Deum ab illo videri posse contendis; lucem habitat inaccessiblei ipsi creato intellectui, nisi sit auxilio supernaturali confortatus. Creatura quantalibet exornetur perfectione, non evadet substantia supernaturalis, quam impossibilem arbitror. Qui Deum intuentur, efformant speciem expressam: impressam sicuti non repugnantem, ita nec utilem fatemur; essentia namque Divina ad sui visionem immediatè omnino ut & liberè concurrat. Existentiæ luminis gloriæ colligi potest ex concilio Viennensi Beguardorum & Beguinarum deliria condemnante: ejus necessitatem tantam esse non existimaverim, ut Divinitus suppleri posse diffitear, nec illius naturam ita deprimendam dixerim, ut alicui creaturæ possit esse connaturale.

VNICVM luminis gloriæ officium est ad eliciendam Dei visionem intellectum juvare, qui etiam immediatè concurrat, licet si sit perfectior in virtute naturali, non idè perfectiori visione donetur. Beati omnes contemplantur essentiam Divinam, Personas pariter & cætera attributa (posset nihilominus essentia sine attributis, & unum attributum sine alio videri) creaturas vident non omnes, sed eas certè, quæ ad suum statum pertinent, in verbo inspicunt, suamque visionem: hæc purgatæ ab omni reatu animæ statim perfruuntur, nec contrarium aliquando definivit Ioannes XXII. illa viatorum nulli concessa fuit, si litem auctoritate scripturarum velis decidere. Visionum inæqualitatem, sed non specificam, arguit meritum diversitas, cujus est causa moralis; physica, lumen gloriæ, cujus etiam ope nulla potest creatura Deum comprehendere, quem constat esse incomprehensibilem.

ABSCONDITIONEM à sæculis Trinitatis mysterium, Iudæis ignotum, Gentilibus rationem superans, à Christo tandem novissimis temporibus revelatum universa confitetur Ecclesia: nec mirum illud tandiu latuisse, quod ratio naturalis quamvis efficaciter non impugnet, non potest tamen etiam præviâ fidei luce, possibile, ne-dum existens, demonstrare. Posset Deus claram existentiam hujus mysterij notitiam concedere viatori, sed quidditativam absolute negamus possibilem. Dux sunt in Deo processiones activæ, passivæ totidem, quæ sunt ab intellectu & voluntate, quod malè negatur à Durando, etiam si seclusâ auctoritate non possit evidenter ostendi: activa est in personâ producente, passiva in procedente, idèque illas à se invicem realiter distingui dicendum est, non item à relationibus à quibus per rationem differunt. Rectè sentit qui affirmat eas esse immanentes, vitales, univocas, species differentes. Essentialia sunt priora notionalibus.

VERBI processionem esse generationem, non ita processionem Spiritus Sancti, fide novimus; at evidens inter utramque discrimen asserre quis præsumat: modus generationis est absconditus, licet scire quod natus sit filius, non licet discutere quæadmodum natus sit. Quidam (sed falso) contendunt idè Verbum esse Filium quia accipit naturam fecundam; sterilem verò Spiritus Sanctus: alij (sed nondum sufficienter) asserunt secundam personam esse Filium quia est imago Patris, quod Spiritui Sancto convenire non potest: alij ducunt Divo Thomâ dicunt ad rationem generationis requiri similitudinem in naturâ virtute processionis, proprium esse intellectus per se assimilare, voluntatis autem inclinari in objectum, idèque Filium Divinum talem constitui quia procedit per intellectum; non displicet hæc sententia: plus tamen arrident qui rationem istius generationis in eo reponunt, quod Filius accipiat formaliter naturam Divinam, scilicet intellectionem, quæ Spiritui Sancto communicatur identicè.

QVATVOR tantum dantur in Deo relationes reales tum secundum esse in, tum secundum esse ad, utroque modo dicentes perfectionem; terminantur ad respectivum: quæ sunt incommunicabiles, à personis quas constituunt virtualiter intrinsecè distinguuntur ut inclusum ab includente: omnes à se invicem realiter differunt, si spirationem activam exceperis, quæ à paternitate & filiatione distinguitur virtualiter intrinsecè. Vnaquæque persona constat essentiâ & relatione. Personæ, quæ à Boëtio definiuntur naturæ rationalis individua substantia, nomen & significatum Deo ritè tribuitur ab omnibus Catholicis qui tres unâ in essentiâ personas adorant; hæc est enim fides Catholica ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur. Absolutam personalitatem ut & subsistentiam procul eliminamus, tres relativas libenter admittimus, unicuique propria competit existentia: essentiæ verò sua non denegatur absoluta & communis.

DANTVR in Deo notiones, quarum quinarium numerus non est mutandus: hæc sunt Innascibilitas, Paternitas, Filiatio, Spiratio activa, & Spiratio passiva. Prima persona est Deus, Ingenita, Pater, Primum Principium ad intra & quodammodo ad extra, Fons totius Deitatis, ut insinuant Patres. Filius est verè Deus, Patri consubstantialis, quicquid obgarriant Ariani, est propriè Verbum, quamquàm contradicant Alogiani, solus est solius Patris imago intentionalis & naturalis; procedit ex cognitione essentiæ, attributorum tam essentialium quam notionalium, ex notitiâ quidditativâ sui-ipsius & Spiritus Sancti, imò & ex cognitione creaturarum omnium five possibilium five existentium in aliquâ temporis differentia, denique ex eorum omnium cognitione de quibus in Deo quomodocunque datur scientia. Non aliter loquendum putamus de tertiâ personâ, quæ procedit ex amore eorum omnium quæ sunt objectum Divinæ voluntatis.

TERTIA Sanctissimæ Trinitatis persona quæ est propriè Deus, Spiritus Sancti, amoris similiter & doni nomen merited sibi vindicat, procedit æquè immediatè à Patre & Filio qui per se requiruntur ad ejus productionem, tanquàm unum principium & unus spirator: desinant igitur Græcorum querelæ de additione factâ symbolo Nicæno, quod enim nullâ urgente necessitate reticuit Ecclesia, hoc, eadem requirente clariùs potuit explicare, sine quo rueret totum Trinitatis mysterium; siquidem à Filio Spiritus Sanctus neutiquam distingueretur, si ab eo non procederet. Personæ suas habent proprietates, origines nimirum & relationes quibus æquè primò constituuntur intrinsecè. Omnimodam inter personas æqualitatem confitemur; propugnamus missionem quæ personæ missæ à mittente originem importat; agnoscimus & circumincessionem ratione cujus in identitate essentiali distinctionem habent tres personæ quæ sunt unus Deus *Quis Sapientiæ Dux est.*

Has Theses Deo duce, auspice Dei-Paræ, & Præsede S. M. N. CLAUDIO MOREL Societatis Sorbonicæ Doctore, Regi à sanctioribus consilijs & concionibus ordinario, nec non Ecclesiæ Metropolitana Parisi Canonico Theologo, tueri conabitur MICHAEL SEVIN Diaconus Cænonianensis, die 8. Februarij Anno D. 1668. horis matutinis